



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas

Reding, Augustin

[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.

§. IV. Corollarium finale præsentis disquisitionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38717

facere, non solum est parvum rivum juris Regalistarum, sed etiam Regis fontem in totum ad siccitatem reducere, adeo, quod melius esset Regalists, beneficia Ecclesiastica eo jure non impetrare, aut jus sibi questum remittere, quam processum, medio collationis dicto jure obtento, intentare, ita sub his, aut similibus verbis quidam Regalista Regi supplicationem potxit: requirens, quod per edictum generale, & perpetuum ordinaretur ac declararetur, jus Regaliae sic ad Regem pertinens esse per totum Regnum uniforme, omnibusque Archiepiscopis, Episcopis, caeterisque ipsius Regni & provinciarum adjacentium, & sub obedientia Regis existentium, inhi-bereturque sub poena, quod declararentur inimici Republicae, & crimine laeae Majestatis irretiti, ne in posterum dicere haberent, nec in judicio proponere, quod dictum jus Regaliae Rex non habeat in omnibus sui Regni Archiepiscopatibus, & Episcopatibus, & patria obedientiae laeae, sive in perceptione fructuum, Sede Episcopali vacante provenientium, aut fidelitate non facta per electum, aut de novo in Episcopum provisum: etiam quantum ad dicto jure beneficia conferendum in Regalia vacantia, & ultra etiam pa-riter illis inhiberi, quod possessionem, praescriptionem, aut aliud simile contrarium non praesumant quoquo modo allegare, adeo, quod Regalists opus non sit aliud, quam habilitates suas verificare, & quod dicta beneficia dicto jure impetrata tempore Regaliae aperta vacarent. Et finaliter, quod ipsum edictum non solum habeat locum pro tempore futuro, sed etiam pro praeterito, quantum ad beneficia litigiosa. Quid autem super his a Rege fuerit responsum, aut dictatum, nobis est incognitum: ideo non damus congruum responsum.

167. Unde rursus elucet, modernam Regaliae extensionem, quantumvis eam uferint seu Regalists, seu alij, eo tempore definire, ne Reges quidem sustinuisse, altioris indubie judicij Divini timore absterrent, ut proinde conscientiae securitati perquam consultum videatur, si de Regaliae ultra Concilij Lugdunensis limites extensione agendum sit, inire viam sequenti corollario demonstrandam.

§. IV.

Corollarium finale praesentis Disquisitionis.

168. EX dictis infertur 1. Rationi perquam fore consentaneum, ut in Regaliae controversa statu iniretur via, quam suo exemplo monstravit Rex Christianissimus Philippus III. qui stimulis conscientiae urgentibus, Regaliae statum commisit judicio decisorio sacri Generalis Concilij Lugdunensis, a quo proinde, praesentibus Francorum Legatis, editus est Canon duodecimus, quo jus recipiendi Regalia, confirmatum est in Ecclesijs, ubi recepta fuerat illius juris consuetudo, at vetita est ejusdem juris introductio quoad Ecclesias,

quae ei non erant obnoxiae; uti tradit etiam Petrus de Marca in commentariolo de Regalia edito, relato inter Acta Cleri Gallicani tom. 2. pag. 102.

Explicatur haec illatio. Solet equidem a 269. Gallis praetendi, quod causa Regaliae non alibi, quam in Parliamentis Regijs, non autem in foro Ecclesiastico agitari consueverit. Verum Author Galliae vindicata dissert. 1. §. 6. n. 4. hoc expendens principium, ratiocinatur in hunc modum. Si Francici, ait, veint, cum inter eos, qui ab Ordinario, & qui a Rege obtentu Regaliae, beneficia acceperunt, lis oritur, hujus cognitionem ad Parla-menta spectare, haud equidem contenderim; haecenus enim id more receptum est, & Ecclesia toleravit: at vero cum non inter particulares lis vertitur, sed de ipsa Regalia, ejusque extensione certamen est, & quaritur, an ad jus Coronae pertineat, an Regiae dignitati annexa, & ab Ecclesiae consensu ullo modo dependeat, & ita pro arbitrio Regnantium toti Regno inferri possit, & Parlamento Parisiensi Universalis Concilij Canones subdantur; haec, inquam, nego ad cognitionem Parlamenti spectare posse; negabuntque omnes, quotquot inter sacram dignitatem, prophanamque distinguunt, & unam alteri non miscent; nec argumentis hic opus est, aut longis discursibus, cum vel primo intuitu istarum propositionum absurditas pateat, videlicet: Jus Beneficia Ecclesiastica conferendi, percipiendique fructus vacantium Ecclesiarum, & Canones laxandi ab Universalis Concilio conditos, ad potestatem laicam, & Parliamentum Parisiense pertinet.

Cum decimae a Clero Gallicano, aut alia 270. subsidia petuntur, sublevandis Regni necessitatibus, non id a bitrio saecularium, & imperio agitur, sed nutu ac sponte Ecclesiastici Ordinis, cujus delegati singulis lustris conveniunt. Si ergo nec Parla-menta, nec alij Regis Ministri jus sibi vendicant, legendae a Clero pecuniae, quae tamen est res mere temporalis; qui ergo fieri potest, ut suae auctoritatis faciant, beneficia Ecclesiastica conferre? Abolere Concilium Universale tot saeculis a Regibus, totaque Gallia receptum? Libertatem Ecclesiarum perpetuo jugo adducere? Idque non paucis tantum annis, sed semper, nec uno tantum, alteroque loco, sed ubique? nulla Canonum, nulla legum, nulla Principum, ne Regnantis quidem reverentia; hujus enim animam produnt tot alijs curis intentam, & ideo fraudibus facilem: illorum vero edicta, legesque obliterant, & ignaviae accusant, quali jurium, Regni que negligentes; duplicis culpa rei, & quod mortuos infestent, & quod vivo adulentur. Et si alia omnia desint, quae potuit Parla-mentum eam causam cognoscere, quae, cum sit ex majoribus, ad Sedem Romanam spectat; causas enim majores ad Romanum Pontificem pertinere, tradunt Innocentius I. episc. ad Victor. Rothomag. cap. 3. Vigilius episc. 7. ad Auxent. Arelat. Gregorius Magnus episc. S l l s 2 52. 6.

52. l. 4. Marca l. 1. cap. 10. & l. 7. c. 12. & 13. Concordata inter Leonem X. & Franciscum I. An etiam in Concordata, legesque Regni, & Ecclesie fundamentales Parlamento jus est?

271. Opponi fortassis posset, tum quod supremus Senatus Parisiensis arresto lato anno 1608, perorante Servino Advocato Catholico edixerit: *Regem in Diocesi, quae recens ad Gallicanam ditionem revocata erat, & in ceteris Regni sui Ecclesijs jus Regaliae habere: interdicens Advocatis, ne id revocarent in dubium, seu contrariam opinionem in publicis actionibus tuerentur: tum quod Arrestis Regij Consistorij 6. Octobris anno 1637. & 19. Junij anno 1638. item 12. Aprilis anno 1651. & 2. Junij anno 1654. item 12. Aprilis anno 1657. Rex edixerit: Ut Archiepiscopi, & Episcopi, qui Ecclesias suas à Regalia immunes contendebant, omnes titulos, instrumenta & documenta proferrent universa, quibus immunitatem illam suam probarent, Regibus, hisce mandatis paruisse Septimania, Provincia & Delphinatus Praefules, unde evinci, Regaliae etiam generatim acceptae cognitionem judicariam esse penes Senatum & Consistorium Regium.*

272. Verùm circa primam hujus oppositionis partem, praesupponendo inprimis, quod Clerus Gallicanus adversus praetactum Senatus consultum moverit querelam apud Regiam Majestatem, optimè responderet Autho: *Responsionis ad dissertationem Natalis Alexandri praef. art. 5. §. 22. n. 26. vix excogitari posse notabilem circa judicia ferenda defectum, qui illi arresto non intervenit. Nam primò. Quae auctoritate Senatus Parisiensis poterat abrogare edictum ab Henrico IV. promulgatum anno 1606. & à Senatu ipso duobus ante praedictum Arrestum mensibus, hoc est die 29. Februarij 1608. verificatum, quo Rex declarabat, se nolle gaudere jure Regaliae, nisi quomodo tum ipse, tum ejus Praedecessores illud exercuerant, neque illud ultra producere in praedictum Ecclesiarum immunitum? Secundò. Quae potuit praecedere deliberatio, & juris Ecclesiarum examen, quae nec audita, nec vocata fuerant, ac de quarum causa tunc non erat quaestio, cum de Bellicensi tantum ageretur? Tertio. Quae iustitia, ut non solum Ecclesia Bellicensis, quae libera semper fuerat, & in Regione posita Coronae Franciae septennio tantum prius, hoc est anno 1601. adjuncta, post factam scilicet cum Salutarum Marchionatu permutationem ab Henrico IV. Rege Franciae, & Carolo Emanuele Duce Sabaudiae; sed etiam reliquae omnes similiter ea libertate gaudentes de novo Regaliae subderentur? Quis novus titulus Regi Christianissimo obtigerat à bimestri, ut Ecclesiae immunes in servitutem redigerentur? Quarto. Quae aequitas sinebat, ut non solum Ecclesiae heret injuria, sed ut non liceret etiam Advocatis earum jura defendere, quod nemini unquam negatur, saltem ubi nondum audita sunt ejus defensiones? Quintò. Quae ratio sinit, ut illud Arrestum tot alijs ab eodem Senatu prolatis, tot constitutionibus Regijs, tot Concilio-*

rum etiam Generalium, ac praesertim Lugdunensis secundae Canonibus in causa libertatis Ecclesiasticae, cui vel maxime favendum esset à Iudicibus Christianis, praeporatur? Quomobrem Henricus IV. animadvertens, quam pertinaciter Senatus Parisiensis contenderet, Regaliae ad omnes Ecclesias extendere, omnium circa illam controversiarum cognitione ei interdixit, eamque ad se revocavit. & edictum suum anni 1606. simpliciter & absolute verificari voluit, quod testatur ejus littera die 26. Octobris anno 1609. data: *Nos omnes, ait, illas lites ad nos evocavimus, & quae in Consilio nostro judicandas retinimus, & quod Curia nostra Senatus Parisiensis Arrestum praedictum nostro edicto jam verificato contrarium tulisset. . . . donec praesatum edictum nostrum mensis Decembris anno 1606. datum, & praescriptum ei adhibere circa praedicta Regalia absolute ac simpliciter verificata fuerint, ut voluntatis nostra est. Extant Henrici litterae, edictum, & alia multa documenta, negotium illud inspecta in tom. 2. Actorum Cleri Gallicani parte 2. tit. 6. Denique Ludovicus XIII. cognomine Julius, edictum anni 1606. quod Senatus Parisiensis enervare tentaverat, constitutione anno 1639. edita confirmavit.*

Circa secundam illius oppositionis partem convenientissima est responsio praeregati Authoris à n. 28. reponentis sequentia. Quod scilicet ijs arrestis sint violatae immunitates Ecclesiasticae. Ecquis enim iudex hominem, qui patrimonium à majoribus acceptum pacifice possideat, cogit exhibere titulos, quibus contendit, id ad alium non pertinere? Nonne omnes leges, omniaque jura clamant, ejus esse, qui pacificum possessorem decet ab aggreditur, jus tuum probare? Ridiculus esset iudex, qui Cajum cogeret ad probandum, hereditatem sibi à patre derelictam non esse Titij suam esse asserentis. Ecquae igitur sinebat aequitas, ut Ecclesia specialibus documentis ostendere cogetur, fructus bonorum suorum, & collationem beneficiorum non pertinere ad Regem, Sede vacante? Regiorum Officialium erat demonstrare, quod jus illud Christianissimo Regi competere ex titulis foundationum, vel ex antiqua consuetudine; praesertim cum id minime verisimile sit, attentà rerum ipsarum natura & conditione. Sufficiebat Ecclesijs antiqua sua libertatis possessio, varijs Canonibus, Constitutionibus Regijs, & Arrestis confirmata.

Quin, etiam facultas fruendi redditibus bonorum Ecclesiasticorum, & conferendi beneficia Ecclesiastica jure proprio, & ut ita dicam, naturali, non pertinet ad Ecclesiam, sufficeret ipsi pacifica triginta annorum possessio, nullis alijs titulis prolatis juxta leges Ecclesiasticas & civiles. *Placuit huic sanctae & magnae Synodo (verba sunt octavae Synodi Generalis Can. 18. ex traduct. Anallij Bibliothecarii) ut res, vel privilegia, quae Dei Ecclesijs ex longa consuetudine pertinent, & sive à Diva recordationis Imperatoribus, sive ab alijs Dei Cultoribus in scriptis, vel sine scriptis donata, & ab eis per triginta annos possessa sunt, nequaquam à potestate Pra-*

sulis quæcunque persona secularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta qualibet auferat; sed sint omnia in potestate Præfatis, quæcunque intra triginta annorum spatium ab Ecclesijs possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo secularium contra præsentem definitionem egerit, tanquam sacrilegus iudicetur, & donec se correxerit, & Ecclesijs propria privilegia, seu res restituerit, & reservaverit, anathema sit.

277. Huic Canoni consona sunt edicta & Constitutiones Regum Christianissimorum, Ecclesias liberantium ab onere exhibendi instrumenta jurium, & immunitatum, quibus fruebantur; ut videre est in actis Cleri Gallicani tom. 3. part. 4. cap. 3. n. 25. cap. 9. n. 4. & seq.

276. Quapropter Syndicus libertatem Ecclesiarum illius Provincie confirmantia, protestatus est initio sui Inventarii publicis typis editi, se nequaquam acquiescere Arresto id præcipienti, sed potius velle illius abrogationem prosequi, si sibi liceret. Adiecit, eos esse Provincie illius mores, quibuscum Coronæ Franciæ accesserat, ut nunquam titulos, seu instrumenta exhibere teneretur ad comprobandas nativas suas libertates, aliæque, quibus jure communi potiebatur. Itaque ex productis documentis perperam inferretur, Ecclesias liberas ejusmodi probationibus indiguissimas.

277. Non potest etiam colligi, Clerum Gallicanum Regem Christianissimum tanquam proprium, multò minùs tanquam unicum ejus controversiæ Iudicem agnovisse. dum Regiam auctoritatè adversus Regios Officiales injuriam Ecclesijs liberis inferentes imploravit; eam nimirum à Ludovico XIII. interponendum, eò minùs dubitans, quòd à nullo ex suis unquam Prædecessoribus Ecclesiæ in similibus occasionibus fuisset denegata, sed cuncti ferè Reges Ministros suos propria commoda, à prætextu Regiorum jurium, in præjudicium Ecclesiæ amplificare conantes, cohibuissent, quòd varia tellantur edicta, Arresta, Constitutiones, & litteræ. Quapropter sua Majestatis religioni & æquitati minime dissidentes, protestationes in alijs negotijs præmissas, ut à Bertrando Edueni Episcopo Ecclesiastica jurisdictionis defensor adversus Petrum de Cunerijs Advocatum Regium anno 1329. & à Comitibus Cleri Gallicani Meloduni anno 1579. congregati factum fuerat, reverentiæ causâ omiserunt. Protestatione præmissa, inquit Eduenis Episcopus, quòd quidquid dicturus sum, volo dicere non ad subeundum quodcunque judicium, sed solum ad Dominum Regis, & aliorum assistentium consensientiam informandam. Comitia verò Melodunensia inter acta Cleri Gal. tom. 5. par. 8. tit. 2. sic habent: In instruendis articulis disciplinam, aut regimen spectantibus, cavendum erit, ne qua Regi circa hæc tributur jurisdictioni, quam ne sua quidem Majestas sibi tribui petat; sed solum humiliter rogabitur, ut articulorum à Clero constitutorum executionem auctoritate sua communit, omnibusque suis Officialibus, & alijs præcipiat, quòd auxiliam præsentem, ubi ab eis requiretur & non alias.

278. Obijci rursus posset, quòd Regalia sit jus Regium; prout contendit Natalis Alexander,

in hanc rem ita differens de Regalia, ubi de illius extensione quæstio est, ad unam consuetudinem non est attendendum, sed ad titulos fundamentales & inconcusos juris illius, scilicet ad titulum Custodiæ, ac defensionis Ecclesiarum, & bonorum Ecclesiasticorum ab earum fundatione Regibus competentem; ad Leges Gallicas feudorum, quæ cum temporales sint & civiles, à solius Regis auctoritate pendet earum extensio ad omnes ditionum suarum provincias; ad supremum Regis dominium in bona omnia temporalia subditorum, & ipsarum Ecclesiarum. Quæ bona ipsi subjacent legibus, quas Reges tulerint; & in toto Regno servari voluerint. Porro jus Custodiæ, & Defensionis omnium Ecclesiarum, & bonorum temporalium, quæ Regum munificentia, vel permissione possident, Regibus ab ipsarum Ecclesiarum fundatione competit. Supremum dominium in ipsarum bona æque ac cæterorum subditorum suorum sibi jure vendicant; feuda cum possideant, subjacent legibus feudorum: cur itaque diverso jure habeantur? Cur; cum ad ideam Regni corpus pertineant, ejusdem reverentiæ Majestatis, ac potestate contineantur, ipsdem legibus quoad temporalia, & externam Politiam non regantur, sicut ipsdem quoad sacram Politiam administrantur?

Verùm Author præcitatae Responsionis à n. 279. 58. optimè reponit, errorem gravi centurâ notandum esse, quòd Regalia, præsertim quoad beneficiorum absolutam collationem, sit jus Regium, in eo sensu, ut Regi tanquam Regi competat, aut ut Rex propria auctoritate possit eam sibi in Ecclesijs tribuere. Iniquum, ut omnes redditus Ecclesiastici & beneficiorum curam animarum non habentium collationes Regi adjudicentur, sub prætextu, quòd Ecclesiæ aliqua feuda possideant, licet in provincijs, in quibus generalis feudorum lege Domini non habent ulum fructum bonorum feudaliu post mortem Vasalli, polita sint. Nihil tam repugnat officio Custodis ac Defensoris, quàm ut fructus omnes usurpet, quos custodire ac defendere tenebatur; maxime cum non alia præstatur Ecclesijs opera, quàm quæ subditis omnibus à Principe debetur.

280. Sed quid intolerabilius, quàm quòd inter leges Gallicas feudorum recensentur usufructus omnium bonorum Ecclesiasticorum, etiam non feudaliu, omnes redditus, etiam decimæ & oblationes, nec non omnium beneficiorum curam animarum non habentium collatio pleno jure; & prætextu, quòd leges feudales temporales sint & civiles, à solius Regis auctoritate pendere earum extensio ad omnes ditionum suarum provincias dicitur, nisi forte id postularer universæ Republicæ bonum. Equis non videt, periculosam in Regno perturbationem exortituram, si Provinciarum jura, mores, instituta, legesque commutentur, & quæ in una Provincia vigent, in aliam ab eis abhorrentem, intrudantur? Nonne leges Gallicæ feudorum, & emphyteusium vetant, ne quid oneris Vasalli



lo, & emphytevæ adjiciatur, præter id, quod in traditionis instrumento appositum est, aut appositum fuisse, ex antiqua consuetudine, vel ex certis documentis colligitur? Quo jure igitur in Aquitaniam, Occitaniam, Provinciam, Delphinatum de novo induceretur, ut mortuo Vasallo, Dominus fructus feudi, reliquorumque omnium ejus bonorum, quamvis non feudalium, imò omnium ejus jurium exercitium sibi tribueret? Porro si pietas ac religio non suadet, ut mitius agatur cum Ecclesijs, quam cum hominibus sæcularibus, obster saltem justitia, ne pejus habeantur: & si bonorum temporalium Ecclesiæ, quamvis sacrorum, non habetur ratio, parcatur saltem juri spiritali Clericos ad officia & ministeria Ecclesiastica deputandi, quod certè inter leges feudales, præsertim cum sit pleno jure, nescio, quomodo sine rubore conscripserit Theologus Catholicus.

281. Nota disjunctionem illam, *vel permisissent*. Ruinosis ædibus, quæ dum restaurare conaris, collabuntur, simile est hujus dissertationis systema. Videt interdum doctriinæ suæ defectus, (quis enim non videret) supplere conatur, sed supplementa rimas dilatant. Sciebat, maximam bonorum Ecclesiasticorum partem, in illis præsertim provincijs, ad quas ex novo extenditur Regalia, non fuisse à Regibus Christianissimis datam, eoque nomine non posse suam Majestatem Ecclesiarum, dum vacant, fructus suos facere, ac beneficia pleno jure conferre. Quamobrem alium titulum adjunxit, scilicet, quod Ecclesiæ bona sua Regum Christianorum *permissione possideant*. Sed quàm vanus sit iste titulus, quis non videt? Num enim, quia Reges permittunt, ut Clerus decimas percipiat, quæ ipsi assignatæ sunt, ut hæc ratione, qui Altari serviunt, de Altari viverent juxta Divini juris statutum; pro hac permissione illorum Majestas decimas jure Regio percipiet, cum vacaverit Sedes Episcopalis? Num etiam si de alijs bonis intelligatur ea permissio, quia sinunt Principes, ut fideles suorum bonorum partem Deo, à quo cuncta acceperunt, reddant, vel ad Ecclesias conferant, eorum bonorum usum fructum, vacante Sede, sibi vendicabunt, quamvis amortizata sint, & amortizationis pretium sit persolutum? Olim pij Principes etiam proprijs juribus cedebant, dum donationes ab eorum subditis in favorem Ecclesiarum fiebant. Modò suæ Majestati suadet, ut onera insolita bonis Ecclesiæ datis imponat: ita scilicet Regiam Majestatem, vel pietatem inflamant ejus Consiliarij, nec non Iurisperiti, & Theologi Aulici.

282. Opponitur denique, quod jam ante declarationem Christianissimi Regis anno 1673. editam Jurisconsulti, Magistratusque doctissimi, Guido Faber, Pitracius Servinus, Bignonius in supremo senatu Advocati Catholici, Consistoriani Comites, & post declarationem illam quotquot de re beneficiaria scripsere, vel in Senatu dixere, propugnarent jus

Regaliæ esse Regium, pertinereque ad Coronam, atque ad omnes Ecclesias, quæ oneroso titulo non sunt exemptæ, absque discrimine porrigi.

Verùm Author præfata *Responsionis cit. art. 5. §. 22. à n. 77.* optimè reponit, neque antiquos esse istos Auctores, neque à suspicionem quæ sit proprij commodi immunes vestes. Pitracius namque primus, licet irrito conatu, ut notat Patquierius tentavit sub finem proximè elapsi sæculi Regaliam in omnes Ecclesias invehere. Cur ei, aut sequentibus Advocatis Regijs, vel novis Jurisconsultis & Theologis, quos meritò prædictus Patquierius adulatoribus Aulæ appellat, potius assentientem, quam antiquis Advocatis Regijs, consuetudine tantum ac possessione jus Regum Christianissimorum defendentibus, aut Regalistis minus suspectis, quorum multi, cum Regijs officijs fungerentur, ad tuenda jura Regia erant obstructi?

Inprimis Patquierius celeberrimos eorum patronos in Parlamento Parisiensi, & Advocatus Regius erat in Camera Comptorum, atque aded jus Regis Christianissimi circa Regalia ignorare non poterat; eaque tueri ad proprium ipsius & officium, & commodum pertinebat; cum enim auctoritate illius Camerae recipere fructus Ecclesiarum vacantium, & Regaliæ subjectarum, atque apud illam redderentur eorum rationes, atque adhuc in Regesta ejus referenda essent juramenta fidelitatis ab illis Episcopis præstita, quorum Ecclesiæ juri Regaliæ subdicebant, plurimum crevisset Regiorum in illa Curia Officialium emolumenta, si Regalia fuisset ad omnes Ecclesias porrecta. Attamen Advocatus ille Regius veritatem cupiditate præferens, opinionem, quæ Regi Christianissimo Regaliam in omnibus Ecclesijs tribuebat, erroneam declaravit, easque sectatores adulatoribus Aulæ appellavit.

Eadem jura & tueri debuerat, neque ignorare poterat Egidius le Maître in Senatu Parisiensi, in quo lites circa Regalia ulum emergentes ex antiquâ consuetudine tractantur, primò Causidicus, tum Advocatus Regius, deinde Protopræses. In eodem Senatu Consiliarius erat Ruzos, Præses Guimeries, Glossæ Pragmaticæ sanctionis, ut vulgò creditur, Author; Præses item Joannes de Selva.

Regius apud Cenomannos Procurator erat Joannes Feraldus, qui tract. de jurib. & privileg. Regni Franc. privileg. 5. & decretum Concilij Lugunensis de Regalia intelligit, & jus illud ad Ecclesias certas restringit his verbis: *Quantum jus Litorum est, quod Rex in Ecclesijs capit Regalia: & est hoc approbatum in decreto Basleensi. Tit. de Annatis vers. Item, quod dicta quinta pars. Et in his tuerentur, qui antiquâ consuetudine usi sunt. Cap. Generali. Extra. De elect. lib. 6. specialis est allegatio Spenci. tit. De Legato §. Nunc tractemus. vers. Sed nunquid Legatus; dum specialiter loquitur de Rege Franciæ, & ejus jure vendicandi in quibusdam Ecclesijs vacantibus collationem beneficiorum ad ipsas spectantibus.*

Regia esse Regum, perinde est
nomi, ut ad omnes Ecclesias, ut
in titulo non fore ex parte, de
mine porrigi.

287. In Senatu Bardegalensi primū, ac de-
inde in Senatu Tolosano Senator fuit Gulliel-
mus Benedictus, qui in Repetitione in cap. Ray-
nutius. De Testamentis. verb. uxorem. Decis. 2.
n. 78. scripsit his verbis: Quo iure in dictis Ec-
clesijs Regalia subiectis, secundum aliquos dat li-
centiam eligendi Pontificem, prius ei denuntiata
morte Prælati, iuxta plenè dicta per Panormita-
num in Cap. 1. & Cap. Cùm terra. De elect. Et
pendente vacatione Ecclesie facit Rex fructus suos,
atque beneficia confert ad collationem Episcopi per-
tinentia, tamen non curata: Sed in alijs Ecclesijs
hoc ius Reges non habent, licet Pontificales sint, &
sita in Regno.

288. Non est etiam verisimile, jura Regia
fuisse vel ignorata, vel imminuta à Juris Pro-
fessoribus in Academijs Franciæ. Præter Ru-
zæum in Academia Bitturicensi, & Benedi-
ctum in Caturicensi, Franciscus Duarenus in
Academia Bitturicensi Regius Professor de
sacris Ecclesie ministerijs lib. 7. cap. ult. sic scri-
bit: Quædam sunt in Gallia Cathedralis & Epis-
copales Ecclesie, quibus Revere, Pastoreque de-
stituitis, si que beneficia interim vacaverint, dum
aliquis in demortui Pontificis locum susceptus fuerit,
Rex nosse iure suo, sed certo quodam modo ea con-
fert ac distribuit. . . . Idque ius Regaliæ vulgò ap-
pellatum, singularia quædam præcepta habet: de
quibus varijs in locis huius tractatus nostri disser-
vamus Cap. Generali. De elect. in 6. Ius Regaliorum,
quoniam vitur in quibusdam tantum Ecclesijs.

289. Antonius Fabricius Bleynianus in Acade-
mia Valentinianna Professor lib. 1. in Theor.
& Prax. Beneficiorum Ecclesiæ. tit. 9. n. 38. & 39.
ait: Quod verò attinet ad amplitudinem (Rega-
liæ) ea ex circumstantijs verum, locorum, modo-
rum, & temporum dependet. Rerum, inquam,
quia non solum fructus naturales temporalium, pro
quibus ab Ecclesiasticis recognoscitur Princeps,
iuri Regalia cedunt, verum etiam civiles. Imò &
interdum provenientes ex spiritualibus, sive an-
nexam habentibus spiritualitatem: hoc enim in deci-
mis ostendit Choppinus in dicto lib. 2. de privileg.
Rustic. par. 1. C. 11. art. 4. Videri etiam potest
Ragueau in Academia Bitturicensi Iuris Pro-
fessor in Indice Iurium Regiorum verbo. Droit de
Regale.

290. Choppinus celeberrimus in Parlamento
Parisiensi Advocatus non litem instruebat,
sed librum componebat, dum lib. 2. de Doma-
nio Franciæ n. 5. scripsit: Haud omnes tamen sa-
cræ Dioceses sunt Regalibus obnoxie, sed eæ solæ,
in quibus initio uti illo iure consueverint &c. Et
num. 6. In alijs quibusdam Ecclesijs certo modo co-
arctata sunt Regalia, hysque angustijs finibus, ut
profanorum duntaxat perceptiones reddituum com-
plectantur, non etiam collationes sacrorum bene-
ficiorum. Eandem doctrinam fusiùs tradit
lib. 1. de sacra Politia tit. 7. Idem de alijs Cau-
sidijs, Regaliam ad certas Ecclesias restrin-
gentibus sentiendum.

291. Denique cùm hic tractemus de materia,

quæ vel omninò, vel saltem longè majori sui
parte Ecclesiastica est, & de qua jam pridem
tam solemne in Concilio Lugdunensi præju-
diciū factum est: cur Pontificis, ejus Con-
cilij Decretum hætenus observatum, novè
violari prohibentis autoritas tam parvi erit
momenti, ut non credamus, Regem Chri-
stianissimum, eliquatà meliùs veritate, decla-
rationem suam revocaturum, & ad Præde-
cessorum suorum constitutiones conformaturum,
eoque iustitiæ ac religionis actu suorum
Officiariorum injustitiam correcturum, mo-
dernosque Theologos, & Iuriconsultos Pa-
tri Alexandro contentientes, tum ad sanam
doctrinam redituros?

S. V.

Tertij articuli præsentis Corollarium
finale.

Coronidis loco non importunum visum
est, huic tertio articulo subtexere conclu-
sionem, quàm Author *liberatum Ecclesie
Gallicanæ in fine sui operis* generalem fecit con-
clusionem. Constans, sinq̄uit, Galliæ in fide
Catholica jam à tot sæculis perseverantia, &
magna etiamnum illic vigens pietas certam
spem asserunt, Christianissimum illud Reg-
num ulque ad consumationem sæculi tam ar-
ctè Petræ, super quam fundata est Ecclesia,
inhæsurum, ut nullis unquam Sathana machi-
nis ab ea dimovendum sit. Nobilissimæ
illius Monarchiæ gloriam, firmitatem, ac fe-
licitatem, Principum ad Ecclesiam defenden-
dam zelo, subditorum pro Catholica religio-
ne studio, utrorumque erga Ecclesiasticum
ordinem, præsertim verò erga sanctam Sedem
reverentiæ, atque obedientiæ adscripserunt
& ipsimet Galli, & Summi Pontifices. Quo-
niam autem res omnes per eandem causas ple-
rumque conservantur, ex quibus ortæ sunt:
expetenda est religionis, ac Principatûs
Gallicani perpetuitas ab antiquo pietatis affe-
ctu, indivulsæque cum Petri Sede conjun-
ctione; siquidem, ut ait Carolus Fevretus
lib. 1. c. 3. n. 4. relatis Ecclesiæ Gallicanæ
laudibus: Comparavit illa sibi hanc grandem dig-
nitatem mediante indissolubili uniono cum S. Sede
Apostolica, à qua nunquam se separavit; nam Ec-
clesia Romana præcipuus erat spiritus, qui anima-
bat omnes suas facultates & potentias: Centrum
erat, in quo ad unitatem revocabat illa omnes cir-
cumferentiarum lineas: Sol erat, à quo mutuabat
omnes suas claritates Divinas, ac splendidissimos
suarum gloriarum radios: verbo: primum mobile
erat, à quo suos traherebat illa motus.

Neque spem illam eripere valent, quæ
interdum, maximè autem temporibus poste-
rioribus intercesserunt diffidia. Ea enim est
mortalium omnium conditio, ut neque qui
perfectiōnis Christianæ fastigium assecuti vi-
dentur, imperturbabili pace perenniter
gaudeant, quamdiu in hoc mundo versan-
tur. Propria civium Hierusalem cælestis
est illa felicitas. Sed quemadmodum arbo-
res à ventis exagitata radices altius defigunt;

Disquis. XVI.

Regia esse Regum, perinde est
nomi, ut ad omnes Ecclesias, ut
in titulo non fore ex parte, de
mine porrigi.
Verum Autor præfatus
antiquos esse illos Auctores, et
quædam proprii comendi
Petrarum nuncque prima
conatus, ut necesse est
mum proxime elapsi sæculi
Ecclesie invehere. Car
sibus Advocati Regijs, vel
sibus & Theologis, quæ
Pascuensis salutem Aule
altemus, quæ
sij, confusione
Regum Christianissimum
au Regalibus utitur
ti, cum Regijs obsequiatur
da jura Regiæ erant
Imprius Palæstra
tum parvus in
Advocatus Regijs
mum, atque
circa Regiæ
turi ad propriam
modum pertinere
illus Cæsar
rum vacatum, &
que apud illu
atque ad ius
juramentum
ta, quorum
bant, plurimū
Curi Officia
se ad omnes
Advocatus ille
præfatus opinio
Regalium in
proniam decla
quædam Aule
Et sem jura
horare potest
Pascuensis, in
merentes ex
ur, primū
sibus, deinde
Constituti
sibus, Grolla
ceditur, Aule
sibus.